

operibus respiscant atque ita pueri dono gratie
de suis iniquitatibus confundantur et ad bonam vitam
per dei misericordiam conuertantur. Bonos vero a
malis intra ecclesiam dumtaxat catholicam constitu-
tis nunc debere operum dissimilitudine separari
ut cum quibus diuina communicant sacramenta non habe-
ant mala opera. Quibus illi sunt criminosis com-
munia et in fine vero seculi bonos a malis etiam
corpore separandos. Quando veniet christus ha-
bens ventilabrum in manu sua et pmundabit are-
am suam et congregabit triticum in horreum et pa-
leas autem oburet igni inextinguibili. Cum per iu-
diciu iustum segregabit iustos ab iniustis et bo-
nos a malis rectos a pueris et bonos constitu-
et a dextris malos a sinistris et ex eis ore
iusti eternique iudicii sempiterna atque incommu-
tabili placita sententia. Inique omnes ibunt in obus-
sionem eternam. Iusti autem in vitam eternam. Iniqui
semper auri cum dyabolo. Iusti autem reg-
naturi sine fine cum christo.

Hec iterum quodammodo capitula ad regulam
vere fidei firmissime pertinencia et fideli-
ter crede fortiter tene et veniat pacien-
terque defende. Et si que contraria hijs dogma-
tibus cognoueris tamquam pestem fuge et tamquam